

*Instrumentum venditionis di Nicola
di Laurenzana, di Potenza, a favore
del prete Leonardo di Avigliano*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di Nicola
di Laurenzana, di Potenza, a favore
del prete Leonardo di Avigliano*

1476 [giugno-dicembre] 29

† [In] nomine domini [nostri Iesu Cristi, amen.
Anno a nativitate] ipsius millesimo quatricentesimo
septuagesimo sexto, regnante inclito et serenissimo
[domino nostro domino] Ferdinando, Dei gratia rege
Sicilie, Hyerusalem et Hungarie, regnorum vero eius
anno decimo nono, feliciter, amen. Die vicesimo nono
mensis [...] [...], apud civitatem Potencie.

Nos Nicolaus Iohannelli de Pascali de Potencia et
ipsius civitatis pro presenti anno predicto annalis
iudex, Robertus Gerardus de Tito puplicus ubilibet per
totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius et testes
subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti
scripto puplico venditionis [instrumento declaramus,
fatemur, notumfacimus et testamur], quod eodem die
coram nobis et in nostri presencia presentibus et
personaliter constitutis Nicolao de Laurenciana [...] [...] omnia et singula, parte ex una, et domno Leonardo
de Aviliano de eadem civitate [...] [...] parte ex] altera.
Dictus quidem Nicolaus sponte coram nobis eisdem
asseruit ipso domno Leonardo presente [...] [...] duo vel
circa, quod ipse vendidit et assignavit eidem domno
Leonardo, ibidem presenti et recipienti, vineam suam
[sitam et positam] [in tenimento] civitatis Potencie
et proprie ubi dicitur Serra Mendaroli, confinatum a
superiori parti iuxta vineam Angelilli de Paldonia,
limite mediante, ab inferiori parte iuxta ischitellum
Iohannis de Calicchio, via vicinali mediante, ab uno
latere iuxta vineam Nicolai Ungari seu Scavoni, sulco
comuni mediante, ab alio latere iuxta vineam Iacobi de
Oculis, sulco comuni mediante, et alios confines siqui
sunt, francham, liberam et exemptam ab omni onere
redditus, servitutis [sive cen]sus nemini atque obligatam

aut summissam, cum viis, introytibus, exitibus suis et pertinentiis omnibus ad ipsam vineam spectantibus et pertinentibus quovis modo et aliis [...] et cum integro statu suo prout consistit et consistere consuevit et prout hactenus ipse Nicolaus venditor tenuit et possedit pro precio et nomine precii inter eos finito uncie unius et tarenorum viginti quinque in carlenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam et duobus pro tarenis quolibet computatis, usualis [...] recepte et receptorum integre et sine diminutione qualibet ab eodem domno Leonardo tunc presente, dante, numerante et assignante eidem [...] [...] dictus domnus Leonardus emptor ullo [...] heredum et successorum confici faciat publicum instrumentum [...] [...] circumventus, sed eius pura, ut dixit, [...] [...] per] fustem corporale assignavit eidem [...] [...] suis loco et finibus predictis designatam, pro convento precio uncie unius et tarenorum [viginti quinque...] dictus emptor in eisdem carlenis ex nunc prout ex tunc coram nobis eisdem confexus et contentus [fuit] [se habuisse et manualiter recepisse a dicto] emptore ex causa venditionis predictae, totum scilicet precium venditionis ipsius, et similiter [exsolutum] [pro ipsa vinea, ut supra vendita, atque inter eos conventum et finitum et nil] ad habendum restasset ita francham et liberam, cum viis, introytibus, pertinentiis suis et aliis [...] [...] spectantibus et pertinentibus quovis modo [..., ut superius] est expressum et declaratum, ad habendum, tenendum, possidendum, donandum, permutandum, vendendum, [...] [...] dum de vinea ipsa et in ea quicquid ipse emptor et sui heredes et successores voluerit et eisdem placuerit et melius visum erit tamquam de re propria ipsius emptoris [...] omnibus. Promittens venditor ipse sollemni stipulatione legitime

interveniente per se, suos heredes et successores litem vel controversiam aut questionem aliquam de dicta [vinea] vendita et omnibus in presenti instrumento contentis ullo unquam tempore non inferre aut inferri facere, nec inferenti consentire, assistere vel assentire, sed ipsam venditionem [et omnia singula in presenti instrumento contenta ratam, gratam et firmam ac rata, grata et firma [habere, tenere et inviolabiliter observare] [et contra ea non facere,] dicere, opponere vel venire per se vel alium aut alios eius nomine, in iudicio vel extra iudicium, [de iure vel de facto, modo, ingenio vel tractatu,] [...] venditorem et eius heredes et successores eidem emptori presenti, recipienti et stipulanti pro se, suis heredibus et successoribus [...] [legitime defendere, guarentire,] disbrigare, antestare, exalumniare et de evictione teneri ab omnibus hominibus et personis quibuscumque, universitate seu collegio [...] [... sub] obligatione sui, ipsius heredum et successorum suorum a bonorum suorum mobilium et stabilium, presentium et futurorum, seseque moventium [presentium et futurorum ubique] [sistentium et de cetero] extitutorum et cuiuscumque vocabuli appellatione distintorum ac etiam eorum que in generali obligatione non venirent sine speciali verborum expressione [...] extendantur et pena dupli precii predicti, medietate videlicet ipsius pene si eam commicti contingat regie curie aut alteri curie cuicumque ubi exinde [fieret reclamatio] vel querela, et alia medietate dicto emptori vel eius heredibus et successoribus integre persolvenda totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet conven[tum, me predicto notario] tamquam persona publica pro parte dicte curie apud dictum iudicem et predicto domno Leonardo emptore pro se, suis heredibus et successoribus supradicto [...] [...] et legitime

stipulantibus antedictam. Que bona sua omnia superius obligata predictus venditor dixit et constituit se ten[...]
 [...] precarium liceat et licitum sit eidem emptori et suis heredibus et successoribus revocare [... quali]tercumque ipsi emptori et suis heredibus et successoribus melius videbatur et [...] [...]. Qua pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta, [exacta vel non exacta aut gratiose remissa presens nihilominus instrumentum cum omnibus in eo contentis] in suo semper robore et efficacia [perseveret, rato manente pacto cum refectione et integra restitutione] omnium et singulorum [dampnorum, interesse et expensarum li]tis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, [de quibus stari et credi debeat assertioni] [cum iuramento dicti emp]toris et eius heredum et successorum, nulla alia probatione quesita, ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri, nec quomodolibet appe[llari aut aliter reclamari]. Et renunciavit dictus venditor eidem emptori presenti, recipienti et stipulanti pro se, suis heredibus et successoribus voluntarie et expresse ex certa [eius scientia exceptioni doli mali, vis, me]tus et in factum, presentis non sic celebrati contractus, exceptioni deceptionis et fraudis rei que predicto modo non geste aut aliter habite [prout superius et inferius] continetur et est expressum, exceptioni dicte pecunie non solute, non recepte, non habite, non numerate ac non boni et electi argenti, non ponderati [iuri per quod] deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur licet re vera, ut dixit, dictus venditor nulla acceptio intervenit, sed fuisse [...] precium dicte vinee conventum et finitum inter contrahentes eosdem et finaliter exolutum, privilegio fori, beneficio restitutionis in [integrum], conditioni indebite ob

causam et sine causa, licteris, privilegiis, cedulis, moratoriis et rescriptis impetratis vel impetrandis et ipsis impetratis, [promisit] dictus venditor non uti nec ipsorum vigore aliququaliter se iuvare usibus, consuetudinibus, constitutionibus et capitulis regni huius premissis vel ipsorum [alicui in contrarium] quoquomodo et omnibus aliis legibus, exceptionibus, questionibus, compensationibus, allegationibus et defensionibus iuris et facti quibus et propter que dictus venditor [et sui heredes et] successores contra premissa vel ipsorum aliquod venire posset quoquomodo aut ab ipsorum observancia se tueri, iuri dicenti [generalem renunciationem non valere et iuri quo cavetur] quod dicto iuri renunciari non possit, legi prohibenti penam in contractibus apponi appositamque [exigi debere]. Certioratus prius dictus Nicolaus venditor, ut dixit, de iuribus et legibus ipsis, auxiliis, effectibus et beneficiis eorundem quam re[nunciarent eisdem. Pro quibus omnibus] et singulis firmiter actendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et eorum singula vera sunt et in nullo unquam vacillent, dictus Nicolaus venditor eidem domno Leonardo presenti, recipienti et stipulanti coram nobis eisdem iuravit et corporaliter tactis licteris [prestitit ad sancta Dei evangelia iuramentum, et fuit actum infra contrahentes] eosdem pro cautela prefati emptoris et eius heredum et successorum quod siqua iuris vel [facti sollemnitas in presenti instrumento deficeret quod tacite et expresse intelligatur] in eo et totiens corrigi, refici et emendari possit quotiens opus erit ad [sensum et consilium sapientis eligendi per ipsum emptorem vel eius] heredes et successores desuper veniat ad lucidam formam veritatis et facti substantia non mu[tata]. Unde ad

futuram memoriam [...] et prefati emptoris eiusque heredum et successorum cautelam ac omnium quorum et cuius inde interest [et interesse] poterit quomodolibet in futurum certitudinem, factum est de premissis hoc presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et nostri subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

1

Quod scripsi ego idem Robertus publicus ut supra notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo signo consueto signavi. (SN)
 † Ego [Nicolaus] Nicolaus Iohannello ut supra iudes annalis me interfuit. † Ego notarius Antonellus Arcerius testis interfui et me subscripsi. † Ego diaconus Franciscus de Clappo testis interfui et me subscripsi. † Ego Franciscus de Abrucio testis sum. † Signum crucis proprie manus mei Iohannis Antonii Dionisii de Potencia testis ydiote et scribere nescientis qui interfuit. † Signum crucis proprie manus mei Iacobi de Piczichillo de Potencia testis ydiote et scribere nescientis qui interfuit. † Signum crucis proprie manus mei Orlandi magistri Criscii de Potencia testis ydiote et scribere nescientis qui interfuit. † Signum crucis proprie manus mei Pascarelli de Sex Florenis de Potencia testis ydiote et scribere nescientis qui interfuit.

Calicchio, oggi Gallicchio Potenza.